

DE LIGNIS, Sectio XIII.

LIGNA sunt partes plan-	Agallochum, Xyloaloë, <i>Lignum aloës</i> ,
	Alpalathus,
tarum firmissimæ, tan-	Buxus,
	Guajacum, <i>Sanctum</i> ,
quam osia in animali-	Indicum,
	Ebenum,
bus durissima : horum	Juniperi <i>lignum</i> ,
	Narcaphthum,
alia alterant qualitate	Viscum <i>quercinum</i> ,
	Xylocalla,
Manifesta -	Sassafras,
	<i>Lignum aromaticum</i> ,
Calida -	<i>Lignum ad renum affectiones</i> , &c.
	Cypresi, <i>Loti arboris</i> ,
Frigida -	Santalum <i>album</i> ,
	Santalum <i>rubrum</i> ,
Occulta: <i>ur</i>	Santalum <i>cirrimum</i> ,
	Tamaricis.
<i>Lignum Laricis</i> ,	
<i>Lignum Ficus</i> ,	
<i>Vilcum Quercinum</i> .	

De Lignis calidis.

Lignum Aloës, Agallochum, Xyloaloë, Germ. *Parebosbytum*, lignum est, quod ex India atque Arabia deportatur, varium, maculatum, odoratum, gustu astrigens, cum quodam amarore: cortex ejus corio similis, colore aliquantulum vermiculare. Arabibus preferunt id, quod ex India adseritur, crassum, nigrum, varium, solidum, grave, sine candore, & quod ignibus impositum diu perdurat. * Manum immo suavitatem commendat, pro thare ad suffumata substituitur. Ramenta ejus porta drachma pondere, languidum ex humore ventriculum, resolutumque confitmant: adhuc jecinorosis, dysentericas, pleuritisque opitulatur. Haec medicis Florentini ex Diocordio. Catalogum Garcias ab Horto Agallochi historiam sic describit: Arbor est olea instar, interdum major, fructum, aut florem videre non contigit, ob difficultem & pericolosam hujus arboris diuturnam observationem, frequenter istuc grassantibus Tigribus. Allati vero mili sunt à Malaca rami cum foliis. Ferunt autem recens dissectum Agallochum nulla odoris fragrantia gratum esse, nec nisi siccatum odoratum esse: immo eum odorem per universam ligni materiem non diffundi, sed in ipso arboris corde sive matrice co-

A acervari. Crassis est enim cortex, & ligni materies odoris expets. Haud negaverim tamen, quin putrescente cortice, & ligno, oleum ille & piniginis humor fugiat, & ad matricem recedat, illamq; odoratorem faciat. Sed ut odor Agallocho concilietur, minimè putredine opus est. Multi enim tant ad eo experti, & dextri in Agallocho dicoicendo, uteriam recens sectum judicare possint, si ne odoratum futurum, an nulla odoris jucunditate spiraturum. Etenim in omnibus lignorum generi aliud alio præstantius est. Solent autem Malacae incole Agallochum repurgare, atque quam negotiatoribus vendant. Ceterum lignum Aloës, licet hic natum, tres aureos pedit in singulis libras.

ASPALATHUM officinis incognitum esse creditur, eto; substituitur lignu aloës, Sylvo contraria est sententia, qui censet, lignu aloës fieri nra, alpalathu verius esse, qua agallochus. Odiimus est gravis, detracto cortice rubefcens, aut in purpurá vergens, densus, odoratus, gustatu, murus. Est & alterum ejus genus candidum, lignum, fine odore: quod deterius habetur. Nascitur in Istro, Syria, & Rhodiorum insula. * Vim calefaciendi cum adstringente obtinet. Unde decoctum cum vino, ad tetra oris ulcera collenda convenit: ad nomas genitalium, & folidida ulcera infunditur: subiectum in pessò, partum extrahit.

hit. Alvum sicut ejus decoctum: & sanguinis rejectionem potu cohibet: urinæ difficultatem inflationesque discutit. *Dioscorides, & Medicis Colonienst.*

Aspalathum verum existimarent hucusq; esse lignum quoddam coloris flavi, quod Venetiis & Florentia fuit portatum, & quibus locis ex eo globuli pro recitandi precibus parantur, atq; interdam Neapolim quoq; afferunt, ubi vocarunt *Santalum nonnulli*, alii lignum Aloës, quanquam ab utroq; multum differat. Imo aliqui volunt lignum esse Tharis. Sunt præterea, qui pro Aspalatho accipiunt specimen illam ligni Aloës, quæ ex Rhodo assertur, quod quidem arbitror, si non legitimum fuerit lignum Aspalathi, illius tamen loco saltem resté accipi posse. Non diu quoque est quod Melchior Guilandinus, peritisimus si quis alias rerum simplicium, fructum ligni Aspalathi ad me miserit prædictum omnibus notis, quibus illud authores describunt, idque peculariter spirabat nescio quid odoris de Calstro, sicut Plinius quoque vultidij si haberit ubique posset, non nobis de sucedaneo esset multum laborandum. Neque dubito, quin ali quoq; ab isto præstante investigatore simplicium impetrare posset; nam ego prius quoq; specimen ejus vidi apud Imperatorem.

Buxus, Geer. *Buxbaum*. Gall. *du Bouix*. planta est notissima: gaudet frigidis & apricis spississima, densissima, atque puderisima, adeo ut in aqua non fluit, nec cariem lentiatur. Hac eti D nullius sit in medicina usus, ut veteres prodiderent: non desunt tamen recentioribus, qui velint, non aliud esse Italiam Buxum, quam Indi lignum, quod Guajacum appellant: ex tamen ratione ducti, quod plures experimento compertum sit, ejus decocto etiam felicitas eos sanatos esse, qui Gallica lue affecti erant. Quod eti experientia concedi posse, illud buxi lignum praeflare: attamen quod burrus in Italia nascens & Guajacum ab Indi peritum, una & eadem sunt planta, nunquam profecto crediderum. *Matthiolus.*

Lignum Guajacum, Sanctum. Indicum. Ebene genus esse creditur. Optimum est grave, densum, interior parte nigra-exteriore, & diam ambiente, subflava: corice lavi, firmiter hærente, ligni scobe, si manibus comprimitur, simul coherent, (quod pinguedine ejus indicium est:) quod deniq; in sua decoctione multum odorem, saporem atq; colorem relinquit: magnitudo autem, aut patitas fragmentorum non sunt tam magni momenti, quam nota fu prædicta: sed in hac parte mediocritas laudari potest. Advertendum est, corice nos uti seorsim, quem plerunque fraxini cortice adulterari contingit, aut similibus, qui tamen dignoscuntur sapore & odore quodam peculiari. * Exiccat, attenuat, liquefacit, expurgat, sudorem moveat: contagioni atque putredini resistit: quapropter morbo Gallico mirè subvenit. Ejus decoctum vetustis ulceribus, scabiei, & impetigia cō-

A venit, decenti virtus ratione adhibita. Hodie per Chymiam, in aquam, in oleum, & in salem redigitur: que illius studio si Mercurium-sulphur, & salem nominant: quibus multò tertiis & celerius lues Venerea curatur. *Medici Florentini, & Anderneus.*

E B E N U S optima habetur Aethiopica, & nigra, nullos habens venarum discursus, factitiū cornus hævre: cum frangitur, densa apparet, mordens gustu, atq; adstringens. Suffit jucundo odore supra carbones sine fumi ardito. Recens autem ad ignem prolat, ob pinguedinem accenditur, & trita ad cotem rufescit. Altera est India, internatis candicantibus, & modice fulvis, item frequentibus maculis. Ceterum prior bonitate antecedit. Apud quosdam selamina, aut spinea ligna consimilia pro ebeno vaneunt, quod dilaceratur ex eo, quod fungola sunt, & in purpureas fistulas resolvuntur, nihil mordacitatis in gufo, nec redolentia in suffitu pre se ferentia. * Caliginem oculorum abstergit, ad veteres desflillationes, pustulasq; mitum in modum pollet: si quispiam facta ex eo concilia collyriū utatur, nichil proficit. Ad oculorum medicamenta efficax est, si scobes, ramentave vino. Chio die nocte uis macerata, in collyria digerantur. Nonnulli præterita ipsa excolant, reliquaq; eundem in modum peragunt. Alii pro vino & aqua utuntur. Uritur in fistili novo, donec in carbones redigatur. Lavatur plumbi usi modo: & ita ficeis scabrisque lippitudinibus conductit. *Dioscorides.*

JUNIPERI lignum ad centenarios annos incorruptum perdurat: ejusq; carbo accensus, & suo cinere obrutus, ignem integro anno sovet. * Accensum serpentes fugat. Corticis cinis cum aqua illius lepræ eximit. *Matthiolus.*

NARCANTHUM ex India descerritur. lignum est corticolum, simile sycomori libro: & velut putridum, antiquitatem nimiam pre se ferens: quod jacundi odoris gratia suffit. Miscentur thymiamatis compolis. * Constrictiibus yulvæ suffit prodest. *Dioscorides.*

VISCUM German. *Mistel*. Gall. *du Guy en de la Gla*, per se non est arbor, sed in arboribus nascitur, sionde plurimi, perpetua. Laudatissimum quod in queru provent, recens, intus porrectus, extra fulvum, quod superi nihil, aut fastuosi conceperit. Fit scincis in queru nascens, usi buxeo fructis folio. * Lignum tritum, poratum, cemicialiibus prodest. *Dioscorides.*

X Y L O C A S S I A X Y L O C I N N A M O M U M Caisia Graecorum creditur esse cinnamonum, sive canella crassior radice ex angelis arboribus cinnamoni arboris, lauro similis, aut saltem extranco potius, quam ex tenuioribus ejus ramis decerpitus cortex. Quemadmodum enim cerdones coriarii ad operas suas gravatim admittunt cortices queruum annosarum crassiores, expetunt vero tenellas tenellarum & novellarum queruum cortices: ita constat tenellas & subtiles cortices cinnamoni longe magis aromati-

ticos esse crassioribus. Unde tale cinnamomum Reges Portugalie ægrè etiam dimitunt, adeò ut præstantissimum cinnamomum etiamnum vix habeamus: mo & Actuario leptocinnamomum, id est, tenue cinnamomum pro optimo habetur. Cassia itaq; nobis allata, præfertur longa, odorata, gustu cum acrimonia grato, rufescens. *Medici Colonenses.*

SASSAFRAS. ligni quoddam genus ex Florida novi orbis provinciæ, que vigintiquinq; graduum altitudine polum habet, nunc recessus in Hispaniam invenitur, cuius ante paucos annos notitiam Gallus quidam mihi dedit, ejus facultates mirum in modum prædicans aduersus variis morbos, ut ipse & alii Galli experti erant ab ejus regionis incolumi edocti. Prodigatis ex ea regione Gallis, nostri Hispani in similes morbos incidere cœperunt, ob præficii alimenta, aquarum crudarum potionem, & sub dio dormitiones: at à quibusdam, qui remanerant, Gallis de hujus ligni facultatibus moniti, eo ut sunt & sanitati restitutus. Dicitur haec arbor Indis Pavame, Gallis (quos imitari sunt Hispani) nescio quam ob causam, Sassafras. Arbor est magna, Pini mediocris magnitudine & forma, (rametis minores inveniantur) unico trunco nudo, ramis in cacumine expansis, ut Pinus repurgata cortice, quem integræ tenuis cinerea quædam pellis, ex cinereo nigricante, gustu aliquantum acer, sed aromaticus, nonnulli ad fusciculi saporē tendente, odorato, ita ut pauca ejus quantitas cubiculum suo odore implete: materia trunci, & ramorum alba ad cinereum colorem tendente, non adeò aromatici saporis & odoris, ut cortex, folio fuscino, in tres angulos definitæ, novello vero folio pyri folium emulante, sed quod vestigia angularium habeat, semper vidente, hoc est, folius novellus semper eis, quæ decidunt, succedentibus: colore viridi obcuriore, odorato, præsertim si siccum sit: ar floræ fructum & ferat, incertum: radicibus nunc crassis, nunc tenuis, pro arborum magnitudine, levibus, sed non adeò, ut lignum, per lummos terræ cespites expansis, ut facile evelli possint, quod ferè communne est omnibus arboreis Indicis, (imo referunt Hispanicas arbores eò delatas, steriles fieri, nisi in superficie terræ plantentur:) cortex radici firmius inhæret cinereus, ipsiusque arboris cortice magis aromaticus, ideoq; radicus decoctum odoratus & præstantius est, & ab Hispanis illuc usupatur. Nascitur in maritimis & locis temperatis, hoc est, neque nimium siccis, neque nimium humidis, ut in portibus sancta Helenæ, & sancti Matthei: nam alibi per universam Floridam haud facile invenias: istic vero sunt integræ sylvæ, quæ ob suavissimum, quem spirant odorem, ab Hispanis primum eò venientibus, arboreum Canella esse existimabantur: nec immerito, nam adeò odoratus est & acris hujus arboris atque Canella cortex, & eodem effectus præbet ejus decoctum, quos Canella. Omnia optima est radix, deinde rami, tertio truncus, sed cortex o-

A nnibus præfertur. Arboris & ramorum tempe-
ramentum calidum & siccum est in secundo gra-
du, cortex aliquantum calidior, ad initium terci
gradus in calore & siccitate accedens: quibus
dam calidus in fine primi, siccus in tertio gradu.
Licet corticis & ligni ulus duntaxat in Medicina
receptus sit, Indi carmen recentia folia trita, vul-
neribus imponunt, & siccæ in alios medicos usu
servant. Ejus decoctum commendatur in omni
morborum genere, præsertim vero in obstru-
ctionibus, & partibus internis roborandi: ad
tertianas, & febres antiquas. Commodè ex fac-
charo propinatur defluxione laborantibus, asth-
mate, pectoris virtus ex frigiditate provenienti-
bus, & consequenter doloribus nephriticis, & re-
num, è quibus calculum ejicit, & flatus discutit:
quam etiam ob causam uterum ad conceptionem
præparat, & menses provocat. Vomitus cohibet,
concoctionē juvat, alvumq; subducit: Illius fra-
gmentum aliud gestare, & odorari maximè
prodest aduersus pestis contagia, præsertim non
neglectis aliis renitentiis. Deniq; ob ingentem sic-
citatem, & moderatum calorem, est remedium
excellens ad omnis generis defluxiones, quo-
niam eas absūbit: lediis qui extenuati sunt, &
imbecilles, non convenit. Decocti vero seu a-
qua preparanda haec est ratio. Radicus cum suo
cortice assulatum confracte uncia dimidia, in tri-
bus aquæ sextarii, scilicet novo duodecim horis
maceratur: lento igne ad duorum sextariorum
consumptionem decoctur: colatur, & in scilicet
virato adseratur. Postmodum supra ea fra-
gmenta tantum aquæ superinfunditur, & deco-
ctur ad dimidiu sextarii consumptionem. Ea
est secunda aqua, quæ ordinarii potus loco erit.
Illud vero observandum est, plus aut minus li-
goïn in decoctionem injici: viribus, & tempora-
mento ægrotum consideratis: etiam minore
quantitate, & minus cocta propinatur haec aqua
bifloris, quam pituitosis. Sed vulgariter quarta
sextarii pars aquæ tepida sumitur manæ, deinde
sudatur, & vestis mutatur: nec quisquam eorum,
qui hoc medicamentum sumperit, lecto se con-
tinere cogitur. Prandium sit media gallina a fæ,
cum aliquo uvis passis, & amygdalæ, & ave-
nisi tollis: cena sit e conservis convenientibus
morbo qui curatur, potus secunda aqua. Singu-
lariter experimento didici, hoc decoctum, ut di-
xi, propinatum, utilissimum iis faisse, qui pedes
et manus podagra sic contortos habebant, ut is
uti non possent. Ad luem item Venereum non
minus utile, quam aqua Guajaci, aut Chitæ. Li-
gni fragmentum præmansum eo dente, qui do-
let, & illic retentum, dolorem sedat. Porro qui
tam exquisita vietus ratione uti nolunt, aquam
simplicem hac ratione decoquant. Ligni assul-
atum confracte semuncia, plisis aut minus, pro
conditionibus jam enumeratis, in tribus aquæ
sextariis ad dimidiis coquunt: ea aqua diu uten-
dum cim in prandio, tum in cena, & inter-
diu. Qui vino abstinerere non norunt, ea aqua
dulcere poterunt, etenim saporis & odoris gra-
nam

De lignis frigidis.

tiam vino conciliabit. *Nicolaus Monardus.*

Lignum Aromaticum. Bernardinus de Burgos pharmacopola mihi ostendit lignum cuiusdam fragmentum, ligno sancto fere simile, cuius corticis odor & sapor adeo aromaticus & excellens est, ut macis, aut nucem myristicam longe superet, imo Canellam odoris suavitatem, piper acrimonia. Magna hujus ligni quantitas in monte quodam eas fuerat, & in navem seu liburnicam delata, ignis struendi causa. Unde perspicere licet, quā mūlce arbore & aliis plantis in nostris Indis inventantur, insigis facultate præditæ, quandoquidem ignis struendi gratia odoris & aromaticis arboribus utuntur, quantum cortice in pulvrem redacto, cor & ventriculus roborari reliquiæ membra foveri possent, & aromatum ex Maluccis insulis Arabiaque & Perlide usque peritiorum vices supplere. Sed nos accusandi sumus, qui eas diligenter non inquirimus & investigamus, quandoquidem sponte montibus locisque incultis nascuntur. *Idem.*

Lignum ad renum affectiones, & urinæ incommoda. Nobis etiam mittit nova Hispania ligni quoddam genus erasium, & enode, materie pyriticæ usus jam diu receptus fuit in his regionibus ad renum via & urinæ difficultates, & incommoda. Postea expertum est: ejus aquam in jecoris & lienis obstructionibus utilem esse. Fit autem haec ratione. Lignum affulatum & minutum concilsum in optima & limpidissima aqua fontana maceratur, atque in ea relinquitur, donec aqua à bibentibus absumpta sit. Dimidia hora post injectum lignum, aqua cœruleum dilutiolem colorem contrahit, qui sensim intenditur pro temporis diurnitate, tametsi lignum candidum sit: cœruleum ideo dico, quoniam adiuteratur alio ligno simili, quod aquam croceo colore inficit, ne quis fallatur. Hac iuxta assidue utuntur, ea vinum diluant, & mirabiles experientur effectus, sine ulla humorum commotione: neq; enim opus est alia victus ratione, quam temperata: siquidem aquæ sapor non magis immutatur ligni injectione, quam si pura effet, & nihil in ea maceratum. Calidum & siccum est in primo gradu. *Idem.*

De lignis frigidis.

Cypressi patria Creta insula est. Perpetua coma virer, ejusque materies nec cariem, nec verustatem lentiit, ut etiam cedri, ebeni, taxi, buxi, & olez. Lignum nulla temporis diurnitate sua-
veolentiam exigit. *Matiolius.*

A **Lori** arboris lignum dys. cæricis utile est, in scobem redactum, & in aqua terrariorum maceratum, coctumque, & per clysteres injectum, cum variis oleis, que ejusmodi affectibus præsunt. *Andernacus.*

Santalum in utraque India sylvis densissimis, ingentissimisq; nascitur. Cujus tria numerantur genera: quorum præfertur pallidum, secundum locum habet album, postremum rubrum, quod nullo commendetur odore: priora duo suaviter spirant. Refrigerat excessu tertio, siccat vero secundo. * Rubrum privatim defluxiones prohibet: incadescētibus inflammationibus podagrisq; ex succo solani, aut sedi, vel portulaci utiliter illuitur. Candidum ac pallidum, ex rosarium aqua fronti imposita, capitis dolores mulcet. Adverfantur omnia calidis febris: epota xstuant ventriculo mirifice auxiliantur. Funt ex iis & aqua rosarium epithema, que ventriculo illita ejus fervorem in arditiis febris extinguunt. Adhuc santalum non modo cordi efficacissime laxitiam afferit, sed & robur non parvum addit. Quare his imiscetur medicamentis, que cordi, & cordis palpitationi maximam opem præstant. *Matiolius ex Avicenna.*

Tamarix, seu **Myrica**, arbor vulgo cognita est, cum apud pigras & stagnantes aquas enafeatur, fructum quasi lñorem ferens, compage mucosum. * Potiores calices è candice lienois moluntur, quo datus in his potus proficiat.

C Cinis hujus omnia ulceræ ignis exuffione contracta efficaciter exiccat. *Dioscor.* & *Serapio.*

De lignis alterantibus qualitate
occulta.

Lignum Laricis alumine illitum non comburitur. Cujus rei specimen edidit Archelaus Mithridatis præfectus in lignea turri contra Syllam, quam frustra incendere conabatur, eo modo quo Caesar Castellum ex lariga materia constructum circa Padum. *Plin.*

E **Ligno Piculneo** cochlearia facta hinc habent peculiare, quod carnes ad celerem coctionem adiungunt, si elixitioni earum sapius admoveantur, vel cum illis una elixentur. *Mizaldus.*

F **Ex Visco Querno** orbiculi, vulgari filo transfixi, idem præstant in amolenda & præcavenda epilepsia, quod Pæoniz malculæ radix, aut Smaragdus è collo pendens. *Hollerius.*